



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Versvs VViponis ad mensam Regis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Qui recipit meritum veniam quis dixerit illud?
 Si quis peccanti conuerso vult miseri,
 Et parcens misero, vindictam sumere nescit,
 Hic veniam tribuit; sic pœnam gratia spernit.
 Propitiatur homo confratri crimine lapsi.
 Qui cadit & surgit, spes est vt viuere possit.
 Omnes peccamus, peccantibus hoc faciamus
 Quod Dominus nobis, qui clemens est inimicis.
 Cum veniam laudo, non legem temnere quero
 Lex bona si veniam dorso portare studebit,
 Gratia tunc prodest, cum lex præcesserit illam.
 Et lex obstanti, sed gratia sit redeunti
 Sic in vtroq; bono dabitur consistere mundo.
 Nunc tibi sit Regi pax & clementia Christi:
 Tu princeps orbis sis Christi munere fortis,
 Tu Dominus regni viuas in pace perenni.
 Sic vult VVIPONIS tuus cum fido pectore seruus.

VERSVS VVIPONIS
 ad mensam Regis.

Regalis cœtus sit in isto tempore letus,
 Quo lux in tenebris exoritur populis
 Inter letandum res suadet commemorandum,
 Quod Deus est natus, filius ipse datus.
 Parua dedit Betlehem de magno germine panem,
 Qui satiare valet, quicquid vbiq; manet.
 Panem de cœlo porrexit gratia mundo;
 Panis ad est viuus perpetuusq; cibus.
 Fons salientis aquæ diffusa pocula vitæ,
 Hinc quicumq; bibet, non iterum sitiet,

Mellis

Mellis dulcedo per Christum fludeis olympo,
 Ve sapiant famuli delicias domini
 Bos renuit fœnum cum vidit nobile granum
 Et præsepe Dei præcauet os asini.
 Virgo Maria vido, mirando talia ride
 Ex te per verbum cerne Deum genitum
 Rex pie cœlestis nostris illabere festis.
 Da fructum pacis, sicut vbiq; facis
 HEINRICO Regi digneris propitiari
 Ve cum laetitia pertrahat officia.

FINIS.



Cc

PROE

30089